I

Band V., Nr. 1600, Seite 361

Ortolf der ältere von Hasenweiler verkauft und verschenkt die Hälfte seiner Zehnten in Hinzistobel an das Kloster Weißenau und setzt seinen Hof zu Ringgenweiler zu Gewährleistung ein.

Berg, 1260. Juli 23.

In nomine domini amen. Litigandi materia su*b*primitur et future questionis dolus totaliter conculcatur, cum prudentum discretio soli testimonio mortalium non innititur, sed fragilitatis sue negotia scripturarum laborat indiciis conservari. Hinc est, quod ego Ortolfus senior de Hasenwilær ad singulorum et omnium perduco noticiam et scripto presentis instrumenti publice confiteor, quod ego medietatem decimationum earum, quas apud Hunzelstobel a meis possedi progenitoribus, monasterio beati Petri minoris Augie pro quadam summa peccunie vendidi divineque miserationis ob meritum libera tladitione donavi perpetuo quiete ac pacifice possidendam omni repeticioni, actioni seu querimonie, que michi vel heredibus meis conpetere posset inantea iuris ecclesiastici aut secularis*ve* iudicii auctoritate, renuntians per presentes, curiam meam de Ringenwilar exponens nichilominus, quod si quid evictionis dampnum in medietate dictarum decimationum sustinuerit monasterium memoratum, quod ipsam ad evictionis teneat reconpensum. Huius rei testes sunt: H. camerarius de Bigenburc, Bertoldus de Fronhouen, Hainricus de Ebersberc, Manstocus, H. de Oberehouen, C. Ienuzus, Ordenarius milites, Vlricus de Arena[1], Spv̊le et alii quam plures. Ne autem in huiusmodi venditionis mee traditione prefatum monasterium sancti Petri minoris Augie aliquam possit in posterum aut debeat calumpniam sustinere, presens instrumentum sigillo domini H. pincerne de Smalnegge ac meo feci ad ipsius cautelam monasterii roborare.

Actum apud Berge, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo, decimo kalendas Augusti, III. indictionis, tercie indictionis[a]. Amen.

—

[a] So doppelt im Original.

[1] Gemeint ist „Arena apud Ulmam“, das Klarissenkloster auf dem Gries (später Kloster Söflingen), Ulm.

II

Der Textabdruck folgt dem Original.

An Leinenschnüren zwei Siegel: 1) Das schildförmige Siegel des Ausstellers, ca. 54, ca. 45 mm (IV. A. 1): Ein N-förmiger Doppelhacken, von der Umschrift erhalten: + S . . LVM . ORTOL . I . DE . HASENWILER. 2) Das Siegel Heinrichs von Schmalegg, vgl. die Beschreibung zu Urkunde Nr. 1359 (WUB, Bd. V, S. 127).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:
HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:
B 523 U 499

Weitere Angaben

Sprache:
Lateinisch

Ausstellungsort:
Berg

Ortsindex:
Berg Wohnplatz (19217)

Berg, RV

Blitzenreute : Fronreute RV

Blitzenreute Wohnplatz (20992)

Ebersberg Wohnplatz (18117)

Ebersberg, Neukirch, FN

Fronhofen Wohnplatz (20999)

Fronhofen, Fronreute, RV

Hasenweiler : Horgenzell RV

Hasenweiler Wohnplatz (20938)

Hinzistobel Wohnplatz (20066)

Hinzistobel, Ravensburg, RV

Oberhofen Wohnplatz (20109)

Oberhofen, Ravensburg, RV

Ringgenweiler Wohnplatz (20961)

Ringgenweiler, Horgenzell, RV

Söflingen Wohnplatz (16646)

Söflingen, Ulm, UL

Ulm UL

Ulm Gemeinde (16620)

Weißenau Wohnplatz (20163)

Weißenau, Ravensburg, RV